PRAELECTIONES

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM
CAESAREA VILNENSI

A KALENDIS SEPTEMBRIBVS A. MDCCCXXVI.
AD PRIDIE KAL. QVINTILES A. MDCCCXXVII.


HABENDAE

INDICVNTVR

A

RECTORE ET SENATV ACADEMICO.





VILNAE
EXCVDIT IOSEPHVS ZAWADZKI
TYPOGRAPHVS.

R. JOIL, Coenobii Vilnensis II^{ae} classis a S. Spiritu dicti Praepositus, Archimandrita, Decanus, ordinis s. Annae secundae classis Eques, Mercurii et Satur. diebus hora VII—VIII matut. in usum civium Academicorum ritus Graeci, Religionis doctrinam explicabit.

IGNATIUS BOROWSKI, Universitati a Concionibus sacris, in usum Civium academicorum sacra Romana profitentium christianam fidei et morum doctrinam tradet Martis et Jov. dieb. hora V—VI pomer., Merc. autem et Vener. h. VII—VIII matut.

I.

PRAELECTIONES PHYSICORUM ET MATHEMATICORUM.

MICHAEL PEŁKA POLIŃSKI, Phil. D., Acad. Flor., Luc., Patav. et Soc. Philomat. Paris. adscriptus, Seminarii Paedagogici Praefectus, Matheseos sublimioris applicatae Prof. P. O., Ordinis Physic. et Mathem. h. t. Decanus, diebus Lun. et Jov. ab horae VIII dimidio ad IX tradet Mechanicam rationalem ducibus Poisson et Lagrange; iisdem diebus ab horae XI dimidio ad XII Geometriam analyticam duce Biot et Monge exponet.

MICHAEL OCZAPOWSKI, Soc. agronom. Mosqu. Sodalis, Oeconomiae ruralis Prof. P. O. Lun., Mercur., Vener. et Satur. diebus, ab horae V. dimid. ad VI, Oeconomiae ruralis praecepta et rem saltuariam tradet eo ordine, quem tum in libris a se editis tum in dictatis suis agronomicis secutus est.

CAROLUS PODCZASZYŃSKI, Phil. Mag., Architecturae civilis Prof. P. O., Architecturae civilis praecepta et Staticen aedificiorum ad conspectum huius doctrinae uberius a se descriptum e schedis suis tradet Lun., Merc., Vener. et Satur. diebus ab hora IX ad XI dimidium.

FELIX DRZEWIŃSKI, Phil. D., Physices Prof. P. O. Mart., et Jov. dieb. ab hora IX ad XI dimid., Mercurii autem et Saturni ab horae XI dimidio ad XII Physicam experimentalem et mathematicam docebit ad institutiones suas typis excusas.

ANTONIUS WYRWICZ, Aulae a Consiliis, Phil. D., Matheseos sublimioris purae Prof. P. O., diebus Merc. et Sat. ab horae VIII^{ae} dimid. ad IX Algebram sublimiorem, Sniadeckio et Bourdon ducibus exponet, diebus autem Martis et Vener. eadem hora Calculum differentialem et integralem ducibus Lacroix et Lagrange docebit.

PETRUS SŁAWIŃSKI, Phil. D., Soc. Astron. Londin. Sodalis, Astronomiae Prof. P. E. Martis et Veneris diebus ab horae XI dimidio ad XII Astronomiam theoreticam et practicam ex libro a se edito tradet.

VALERIANUS GORSKI, Phil. D., Societati Paris. ad augendam Civium industriam constitutae adscriptus, Univers. Adiunctus Martis et Jovis diebus ab hora IX ad XI^{ae} dimidium Mechanicam practicam i. e. de Machinis doctrinam ad Hachetti et Borgnisii praecepta et ad sua dictata, diebus autem Mercurii et Saturni ab horae XI dimidio ad XII doctrinam de conficiendis viis, canalibus ac pontibus e schedis suis exponet.

JOSEPHUS JUNDZIL, Phil. Mag., Soc. Mineral. Jenens. et naturae curiosiorum Lipsiensis Sodalis, Univers. Adiunctus, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris ab horae VIII^{ae} dimidio ad IX, Botanicam ad sua dictata tradet.

IGNATIUS FONBERG, Phil. Mag., Univers. Adiunctus, Chemiam universam experimentis illustrandam et firmandam diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni ab hora IX ad XI^{ae} dimidium e suis schedis propediem vulgandis docebit.

FORTUNATUS JUREWICZ, Medicus I^{ae} classis, Lunae hora III—IV pomerid. Martis hora II ad III, Jovis autem, et Satur. hora II ad IV^{ae} dimidium Zoologiam Anatomiae comparatae fundamento superstructam, ad suas schedas tradet, Schweiggerio et Cuvierio ducibus.

HIPPOLYTUS RUMBOWICZ, Phil. Mag. Lun., Mart., Jovis et Satur. diebus hora II ad IV^{ae} dimidium pomerid. Geometriam descriptivam duce Hachetto et Vallio tradet eiusque disciplinae pracepta ad theoriam umbrarum et perspectivae applicabit, quae vero lapidum sectionem et opus tignarium, machinarumque declinationem spectant ad ductum Potierii exponet.

ANTONIUS SZAHIN, Phil. Mag., Lun. ab horae III^{ae} dimid. ad IV^{ae} dimid. Merc. autem et Vener. dieb. hor. II ad III^{ae} dimidium Geodesiam, Topographiam et Libellationem duce Puissant tradet, methodumque positionum geometrice delineandarum docebit.

IGNATIUS JAKOWICKI, Phil. Mag., diebus Lunae ab hora II ad III, Mercurii autem et Veneris ab hora II ad IV^{ae} dimidium Mineralogiam ad sua dictata tradet.

II.

PRAELECTIONES MEDICORUM.

VENCESLAVS PELIKAN, Med. et Chir. D., Colleg. a Consil. ordinis s. Annae II^ae^ classis gemmis decor. Eques, Caesareorum, Academiae Medico-Chir. Petropolitanae, et Societat. med. Vilnensis atque Varsaviensis sodalis, Chirurgiae et Clinices chirurgicae, atque Anatomiae Prof. P. O., Seminarii medici Imperatoris munificentia conditi Praefectus, Universitatis Rector, quum munere hoc et officio gravissimo districtus docendi partes ipse suscipere nequeat, eo moderante, Chirurgiam et Anatomiam humanam tradent Universit. Adiuncti.

NICOLAUS MIANOWSKI, Phil., Med. et Chirur. D., Collegiorum a Consiliis, Caesareae Societatis Medicorum Vilnen. atque Reg. Soc. Philomath. Varsav. Sodalis, Artis Obstetriciae Prof. P. O. primos quinque per menses, Martis, Mercurii, Jovis et Sat. diebus hora IX—X matut. Medicinae discipulis, universae artis obstetriciae praecepta tradet, et doctrinam de morbis quum mulierum, tum recens natorum, quantum ad artem obstetriciam attinet, exponet. A Kalendis autem Februariis anni proximi, feminis, obstetricum munere in Imperio Rossico fungendi potestatem quaerentibus, item quatuor per hebdomadem horis posthac designandis, Elementa in obstetricum usum curis suis Vilnae vulgata, explicabit. Praeterea artis obstetriciae exercitationes in nosocomio academico in utriusque sexus auditorum gratiam sexies per hebdomadem hora VII—VIII matut. omnique data quolibet tempore occasione moderabitur.

JOANNES WOLFGANG, Phil. D., Collegior. a Consil., Caes. Soc. Med. Vilnen. et Reg. Oeconom. Varsav. Sodalis, Pharmacologiae, Pharmaciae atque Chemiae publicam salutem spectantis Prof. P. O. primos quatuor per menses diebus Martis, Mercurii, Jovis et Veneris ab hora IX ad X matutinam studiosis medicinae anni secundi tradet Pharmacologiam et Pharmaciam, illis vero anni quinti, diebus Lunae et Jovis ab hora pomeridiana II ad III explicabit eam Chemiae partem, quae iam salutem publicam, iam casus in Medicina forensi obvios, spectat. A Kalendis autem Januariis anni proximi iisdem diebus ab hora IX ad XI dimidium ulterius in Pharmacologia et Pharmacia, experimentis in laboratorio Universitatis pharmaceutico illustranda et probanda, ad finem usque anni scholastici perget.

VINCENTIVS HERBERSKI, Med. D., a Consil. Aul., Soc. Caes. Med. Vilnensi, Medico-Chir. Londinensi, Dublin., Parisien., Montispessul., Wernerianae, Edinburg. aliisque Soc. litt. adscriptus, Therapiae specialis et Clinices medicae Prof. P. O. Lun., Mart., Jov. et Vener. diebus hora VIII—IX mat. Therapiae specialis elementa modo ad suas schedas, modo ad Cl. Josephi Frankii Universae praxeos medicae praecepta, tradet. Quotidie autem hora X—XI mat. et

a V^tae^ dimidio ad V vespert. principia praxeos medicae ad tironum usum in Clinico instituto ad lectos aegrorum applicabit.

JOANNES BÄRKMANN, Med. D., Caes. Societ. Med. Vilnen. Sodalis, Medicinae publicae Prof. P. O. Medicinam forensem duce Henkio primo semestri tradet Martis, Mercur., Vener. et Sat. diebus hora III ad V^tae^ dimid. pomer. Secundo autem semestri Politiam Medicam et Hygenam docebit iisdem diebus ab hora IX ad X.

CONSTANTINVS PORCYANKO, Med. et Chir. D., Soc. Med. Vilnens. Sodalis, Therapiae generalis, Materiae medicae et Historiae Medicinae Prof. P. O. primo semestri docebit Therapiam generalem diebus Mart., Merc. Vener. et Satur. hora II—III pomer. et Historiam Medicinae Lunae et Jov. diebus hora III—IV. Altero semestri vero diebus Lunae et Jovis ab hora III ad IV et reliquis diebus hora II—III tradet Materiam Medicam et artem formulas medicas cocinnandi.

MICHAEL HOMOLICKI, Med. D., Caes. Soc. Medic. Vilnensis Sodalis, Physiologiae Prof. P. E., Physiologiam universam docebit Lunae et Jov. diebus horae IX ad XI^ae^ dimidium, Mercurii autem et Sat. ab horae XI^ae^ dimidio ad XII.

ADAMVS BIELKIEWICZ, Medico-Chirurgus, Caes. Soc. Med. Vilnensis Sodalis, Vnivers. Adiunctus, Anatomiae Prosector, Lunae, Martis, Jov. et Vener. diebus ab hora XI^ae^ dimidio ad XII Anatomiae humanae lectiones habebit, diebus autem Lun., Merc., Jov. et Sat. hora III—VI Studiosorum operam in dissectionum anatomicarum periculis faciendis moderabitur.

ADOLPHVS ABICHT, Med. D., Caes. Soc. Med. Vilnens. Sodalis, Vnivers. Adiunctus, Lun., Mart., Jov. et Ven. diebus ab horae VIII^ae^ dimidio ad IX Pathologiae medicae generalis principia e schedis suis tradet.

SEVERINVS GAŁĘZOWSKI, Med. D., Caes. Soc. Med. Vilnens. Socius, Professoris Chirurgiae et Clinices chirurgicae Adiutor, Vniversitatis Adiunctus, universae Chirurgiae doctrinam, moderante Professore, explicabit Lunae et Jov. diebus hora IX—X, Mercurii autem et Sat. ab h. VIII ad IX mat. Praeterea in Instituto Clinico quotidie h. XI—XII mat. et ab horae V^tae^ pomeridianae dimidio ad VI^ae^ dimidium, disciplinae suae alumnos, quomodo doctrinam studio comparatam usui practico accomodari oporteat, exemplis docebit.

Idem usum fasciarum machinarumque, quae in Chirurgia adhibentur tironibus monstrabit et doctrinam de ossium fracturis luxationibusque tradet.

FELIX RYMKIEWICZ, Med D., Caes. Soc. Med. Vilnens. Sodalis, Univers. Adiunctus, Professoris Clinices Medicae Adiutor, studiosorum in Nosocomio clinico medico exercitationes propius inspiciet et diligenter inviset.

ADAMVS FERDINANDVS ADAMOWICZ, Med. D., Lun. et

Jov. diebus hora IX—X Mercurii autem et Saturni ab horae VIII^ae dimidio ad IX mat. Artis Veterinariae alumnis anni primi, lingua vernacula tradet Veterinariae elementa.

Idem morborum epizooticorum doctrinam alumnis medicinae lingua utens latina, duce Boiano enarrabit.

CAROLVS MUYSCHEL, Med. Mag. Medicinae Veterinariae alumnis anni primi Martis et Vener. diebus ab hora IX ad XI^ae dimid., Mercurii autem et Satur. ab horae XI^ae dimid. ad XII tradet 1) Anatomiam corporis ovilli, 2) Physiologica fundamenta 3) Alumnos in arte corpora demortua ad usum zootomicum dissecandi exercebit.

III.

PRAELECTIONES IN ORDINE PROFESSORVM DISCIPLINARVM ETHICO-POLITICARVM.

ALOYSIVS CAPELLI, Phil. et Jur. utr. D., a Consiliis Status, Juris Romani Canonici et Poenalis nec non linguae et Litteraturae Italicae P. P. O. exponet hoc anno Lunae et Jov. diebus hora XI—XII Librum primum et secundum institutionum Justinianearum, quibus adiiciet ea, quae ex uberiori pandectarum doctrina hauriuntur. Martis autem et Veneris diebus iisdem horis Jus Canonicum privatum exponet. Tandem Mercurii et Saturni diebus iisdem horis duce Meistero, aget generatim de natura et indole tum delictorum tum poenarum ac de legum poenalium applicatione, in qua enucleanda theoremata in medium proferet selectiora circa imputationem delictorum, corpus delicti, iudicia delictorum, potestatem iudicum in irrogatione poenarum et causas tum generales tum speciales mitigandi poenas. Denique die. Martis et Jovis hora IV—V Jus Romanum tironibus lingua vernacula tradetur.

ANDREAS KŁĄGIEWICZ, Phil. et Theol. D., Canonicus Cathedralis Vilnensis, Theologiae Dogmaticae et Historiae Ecclesiasticae Prof. P. O. Lunae, Martis, Mercurii et Jov. diebus hora VIII—IX matutina Theologiam dogmaticam ex suo manuali explicare perget; diebus autem Veneris et Saturni hora eadem Historiae Ecclesiasticae medii aevi ex suis commentariis enarrandae vacabit.

PAVLVS KVKOLNIK, Juris Civil. D., a Consil. Aul., ordinis s. Annae III classis Eques, Historiae universalis et Statisticae generalis Prof. P. O. Historiam universalem et Statisticam generalem tradet quotidie, solis festisque diebus exceptis, hora V—VI pomer.

MICHAEL BOBROWSKI, Phil. et Theol. Mag. Canonicus Cathedr. Brestensis, Archaeolog. Acad., quae Romae floret atque Linguarum Orient. Societati Asiaticae Parisiensi adscriptus, Exegeseos et Linguae Slavicae Prof. P. O. sexies per

hebdom. hora IX—X exegeticas lectiones ad dictata sua habebit. Bis autem per hebd. horis serius designandis Linguae slavicae veteris praecepta ad Cl. Jos. Dobrowskii Institutiones Seminarii generalis alumnis tradet.

PLATO SOSNOWSKI, Theol. Jurisque Ecclesiastici D., Lunae, Merc., Ven. et Sat. diebus hora III—IV, Mart. autem et Jovis h. II—III pomer. Theologiam moralem ad ductum Theologiae moralis Franc. Pollaschek exponet.

JOANNES SKIDEŁŁ, Theol. et Jur. Eccl. D., tribus per hebd. horis posthac designandis Antiquitates Biblicas; reliquis autem tribus horis Homiletices praecepta tradet.

ANGELVS DOWGIRD, Schol. Piar., Theol. Mag., Reg. Societ. Philomat. Varsaviensis Sodalis, Mart., Jov. et Sat. diebus hora IV—V Logices praecepta ad dictata sua, duce libro a. 1821 Vilnae typis vulgato, qui inscribitur o Logice, Metafizyce i Filozofii moralney rosprawa, tradet.

IGNATIVS ONACEWICZ, Phil. Mag. Statisticam Imperii Rossici et Diplomatiam exponet sexies per hebd. hora III—IV pomer.

JOANNES WASZKIEWICZ, Jur. Utr. Mag. sexies per hebd. h. X—XI mat. Oeconomiam politicam enarrabit.

ALEXANDER KOROWICKI, Jur. Utr. Mag. sexies per hebd. hora IX—X Jus civile patrium e schedis suis explicabit.

IV.

PRAELECTIONES IN ORD. PROFESSORVM LITTERATURAE ET ARTIVM ELEGANTIORVM.

JOANNES RVSTEM, Colleg. a Cons., Picturae et Artis delineandi Prof. P. Emeritus, quotidie ab h. V. vespertina ad VII. regulas artis delineandi tradet et explicabit, discipulos quoque in formis ducendis ad lampadis lucem, tam ex antiquis quam anatomicis figuris, deinde de vivo in arte pingendi exercebit.

ALOYSIVS CAPELLI, Status a Cons., Juris Romani et Ecclesiastici nec non Linguae et Litteraturae Italicae P. P. O. Merc. et Sat. diebus hora IV—V pomerid. Elementa Linguae et Litteraturae Italicae docebit.

JOANNES ŁOBOYKO, Linguae et Litteraturae Rossicae Prof. P. O., Ord. s. Annae III. cl. Eques, Petropol. Soc. amicor. patriae Litteraturae Sodalis, diebus Lunae, Merc. et Veneris hora IV—V pomer. die vero Sat. hora VIII—IX mat. 1) selecta capita e poetarum, oratorum aliorumque auctorum Rossicor. scriptis deprompta, leget; 2) Litteraturae Rossicae Historiam enarrabit, et 3) discipulorum vertendi scribendique exercitationes moderabitur.

Idem Martis et Jovis diebus h. VIII—IX mat. Linguae slavicae

praecepta tradet celebriorum eiusdem linguae monumentorum philologica interpretatione et Palaeographiae slavicae adumbratione, subiuncta.

LEO BOROWSKI, Phil. Mag. Poeseos, Eloquentiae et Grammaticae universalis Prof. P. O. Lunae, Merc. Veneris et Satur. diebus hora XI—XII antemerid. Poetices et Rhetorices doctrinae artium ingenuarum theoriam praemittet neque deerit iis, qui scribendi ac declamandi exercitationibus studiose operam dabunt. Idem bis per hebd. dieb. Martis et Jovis h. XI—XII Grammaticam universalem explicabit.

GVIL. FRID. AEMILIVS MVNNICH, Phil. D., Soc. Litter. Cracov. Sodalis, Linguae et Litterarum Graecarum, Romanarum et Orientalium Prof. P. O. octo per hebdomadem lectionibus Lun., Merc. et Vener. diebus hora VIII—IX, Mart., Jovis et Sat. hora X—XI ante merid. Lunae autem et Vener. hora III—IV pomerid. universum antiquitatis Graecae et Romanae studiorum orbem sic percensebit ut singularum disciplinarum, ad quas studia haec conferentur, ambitus, argumenta, fontes et subsidia exponantur addita classicorum scriptorum deinceps eligendorum interpretatione. Idem Mart., Merc., Jov. et Satur. diebus hora III—IV pomer. Linguam Arabicam et Persicam docebit. Cl. Epernio, Rosenmaellero et de Sacy ducibus.

JOANNES PINABEL, Colleg. a Consil., Ord. s. Vladim. IV. cl. Eques, Linguae et Litteraturae Gallo-Francorum Prof. P. E., Mart., Merc., Vener. et Satur. h. IX—X mat. Lun. autem et Jov. hora II—III pomerid. 1) Linguae et prosodiae Gallo-Francorum elementa tradet. 2) Litteraturae huius gentis historiam usque ad saeculi XIX initium enarrabit, una cum aestimatione celeberrimorum in poesi et pedestri oratione scriptorum, 3) auditores suos in vertendo e Polonico in Franco-Gallicum sermonem exercebit.

SIMON FELIX ŻUKOWSKI, Colleg. a Consil., Vnivers. Adiunctus, Hebraici sermonis praecepta tradet duce Gesenio V. cl. perget explicare librum Deuteronomii et Selecta Psalmorum carmina intepretabitur diebus Martis et Jovis hora X ad XII^ae^ dimidium.

Idem diebus Lunae, Merc. et Vener. hora VIII—IX matut. Expositioni Grammatices linguae Graecae subiunget explicationem Chrestomathiae Jacobsii V. cl. et Lucianeum libellum, qui inscribitur Icaromennippus interpretabitur.

BENIAMIN HAUSTEIN, a Cons. Aul., Ord. Reg. Sax. civicis meritis dicati Eques, Univ. Adiunctus, Lun., Merc. et Vener. diebus hora X—XI mat. Linguae Germanicae praecepta tradet, et discipulorum Germanice scribendi studium moderabitur; provectioribus autem historiam Litteraturae exponet, scriptorumque Germanicorum pariter atque operum, quae condiderunt, notitiam dabit.

Idem diebus Mart., Jov. et Sat. hora II—III pomer. Anglici Sermonis elementa docebit.

LVDOVICVS SOBOLEWSKI, Phil. Mag. Vniversit. Adiunctus, Bibliothecae Academicae Praefectus, bis per hebdom. Lunae et Jovis diebus hora IX—X Bibliographiam universalem tradet.

STANISLAVS HRYNIEWICZ, Phil. C., Vnivers. Adiunctus Mart. et Jov. diebus ab horae IV^ae^ dimidio ad V, Saturni autem hora IV ad V Ovidii Metamorphoseon libros priores et Ciceronis opusculum, quod Orator inscribitur, vernacula lingua explicabit, nec deerit iis qui in latine scribendi exercitationibus operam dabunt.

JOANNES RENNER, Musices praeceptor, Musices disciplinam tradet Martis, Jovis et Satur. diebus hora III—IV.

Artis chalcographiae studiosorum in variis generibus exercitationes quotidie, Solis et festis diebus exceptis, reget Fridericus Lehman chalcographus.

Artes Gymnasticas, equitationis Franciscus Milewski, Saltationis Xaverius Deybel, rudibus vel pugnatoriis armis batuendi Franciscus Lecayet, publice docebunt diebus et horis designandis.

Bibliothecam Academicam aperient quotidie, Solis ceterisque festis diebus exceptis, hora X—XII Ludovicus Sobolewski Bibliothecae Acad. Praefectus, eiusque Adiutor, Alexander Bohatkiewicz Phil. Mag.

Apparatum machinarum formarumque technologicarum desidesiderantibus monstrabit Valerianus Górski mensibus aestivis Solis et Iovis diebus ab h. II—VI pom.; hibernis ab eadem hora usque ad solis occasum.

